

## 10.—(1326).

Resolution of Counsel of XL. condemning Zanino Grioni for insulting Donna Moreta Polo in Campo San Vitale.

(*Avvogaria di Comun.* Reg. I. Raspe, 1324-1341, Carta 23 del 1325.)\*

“MCCCXXV. Die xxvi. Februarii.

“Cum ZANINUS GRIONI quondam Ser LIONARDI GRIONI contrate Sancte Heustachii diceretur intulisse iniuriam Domine MORETE qm. Dni. MARCI POLO, de presente mense in Campo Sancti Vitalis et de verbis iniuriosis et factis . . . . Capta fuit pars hodie in dicto consilio de XL. quod dictus ZANINUS condemnatus sit ad standum duobus mensibus in carceribus comunis, scilicet in quarantia.

“Die eodem ante prandium dictus ZANINUS GRIONI fuit consignatus capitaneo et custodibus quarantie,” etc.

## 11.—(1328).

(*Maj. Cons. Delib. Brutus*, c. 77.)\*

“MCCCXXVII. Die 27 Januarii.

“Capta. Quod quoddam instrumentum vigoris et roboris processi et facti a quondam Ser MARCO PAULO contra Ser HENRICUM QUIRINO et Pauli dictum dictum Sclavo [*sic*] JOHANNI et PHYLIPPO et ANFOSIO QUIRINO, scriptum per presbyterum Johannem Taiapetra, quod est adheo corosum quod legi non potest, relevetur et fiat,” etc.

## 12.—(1328).

Judgment on a Complaint lodged by Marco Polo, called Marcolino, regarding a legacy from Maffeo Polo the Elder. (See I. p. 77.)

(*Avvogaria di Comun.* Raspe Reg. i. 1324-1341, c. 14 tergo, del 1329.)\*

“1328. Die xv. Mensis Marcii.

“Cum coram dominis Advocatoribus Comunis per D. MARCUM, dictum MARCOLINUM PAULO sancti Johannis Grisostomi fuisset querela depositata de translatione et alienatione imprestitorum olim Domini MAPHEI PAULO majoris Scti. Joh. Gris., facta domino MARCO PAULO de dicto confinio in MCCCXVIII mense Maii, die xi, et postea facta heredibus ejusdem dni. MARCI PAULO post ejus mortem, . . . . cum videretur eisdem dominis Advocatoribus quod dicte translationes et alienationes imprestitorum fuerint injuste ac indebite facte, videlicet in tantum quantum sunt libre mille dimisse MARCO dicto MARCOLINO PAULO predicto in testamento dicti olim dni. MATHEI PAULO maioris, facti in anno domini MCCCVIII mense Februarii die vi intrante indictione viii<sup>a</sup> . . . . Capta fuit pars in ipso consilio de XL<sup>ta</sup> quod dicta translactio et alienatio imprestitorum . . . . . revocentur, cassentur, et annullentur, in tantum videlicet quantum sunt dicte mille libre,” etc.

## 13.—(1328).

Grant of citizenship to Marco Polo's old slave Peter the Tartar. (See vol. i. p. 72.)

(*Maj. Conc. Delib. Brutus*, Cart. 78 t.)\*

“MCCCXXVIII, die vii Aprilis.

“(Capta) Quod fiat gratia PETRO S. Marie Formose; olim sclavorum Ser MARCI PAULI Sancti Joh. Gris., qui longo tempore fuit Venetiis, pro suo bono portamento, de cetero sit Venetus, et pro Venetus [*sic*] haberi et tractari debeat.”